

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus d
cum fonte primo

Solitariam
uitam nunquid reprehendimus? Minime,
quippe quam sepe laudauimus, sed
de monasteriis huius
uolumus egredi milites quos
heremi dura
rudimenta non terreant,
qui speciem conuersationis multo
tempore dederunt, qui omnium fuerunt
minimi ut primi omnium fierent, quos
nec esuries, nec sacietas aliquando
superauit, qui paupertate letantur,
quorum habitus, sermo, uultus, incessus
doctrina uirtutum est.

Ieronymus in epistola ad Rusticum
monachum.

Solitariam
uitam reprehendimus? minime,
quippe quam saepe laudauimus. Sed
de ludo monasteriorum huiusce modi
uolumus egredi milites, quos

rudimenta non terreant,
qui specimen conuersationis suae multo
tempore dederint, qui omnium fuerunt
minimi, ut primi omnium fierent, quos
nec esuries nec saturitas aliquando
superauit, qui paupertate laetantur,
quorum habitus, sermo, uultus, incessus
doctrina uirtutum est,
qui nesciunt secundum quosdam ineptos
homines daemonum obpugnantium
contra se portenta confingere, ut apud
inperitos et uulgi homines miraculum sui
faciant et exinde sectentur lucra.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,
125, 9, 3 (CSEL 56, I. Hilberg ed.,
pp.128-9, ll.12-18, 1-3).